

# The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

## Resurrectio c cum fonte primo

Ecce surrexit ab antro sepulchri  
rediuiua caro phenicis  
quam cynamonia decoxerat pietatis.  
Granum frumenti quod solum in terra  
mortificatum est in passione, multum  
fructum attulit in resurrectione.  
Solus enim mortuus est, sed solus  
minime surrexit. Quorum enim  
sepulchra in eius passione sunt patefacta,  
horum corpora Christo resurgente sunt  
de pulvere suscitata.

Et sicut cum Domino surrexerunt, ita  
cum eo ascendente eciam ipsi ascendisse  
creduntur.

Augustinus ibidem (in quodam sermone  
de pascha).

Ecce surrexit ab antro sepulchri  
rediviva caro phoenicis,  
quam cinnama decoxerant pietatis.  
Granum frumenti, quod solum in terra  
mortificatum est in passione, multum  
fructum attulit in resurrectione.  
Solus enim mortuus est, sed solus  
minime surrexit. Quorum enim  
sepulchra in eius passione sunt patefacta,  
horum corpora Christo resurgente sunt  
de pulvere suscitata.  
Decebat enim ut ille primus resurgeret,  
deinde ille; sicut apostolus dicit:  
Christus surrexit a mortuis primitiae  
dormientium.  
Et sicut cum Domino surrexerunt, ita  
cum eo ascendente etiam ipsi ascendisse  
creduntur.

Augustinus Hipponensis (?), *Sermones*,  
93, 1 (PNB 1, A. Mai ed., p.179).